UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 23. Conventus Principum Germaniæ hac super re celebratus

urn:nbn:de:hbz:466:1-66459

Visual Library

Sæcul. XV. A.C. 1461.

Cameræ Apoſtolicæ palam denuntiatur, demum vero publice diris devovetur. Hac de re graviter indignatus, perinde ac ſi injuria affectus eſſet, ad futurum Concilium provocavit, ipſosque Germaniæ Principes, ut appellationi ſuæ adhærerent, ſummis precibus ſollicitavit.

§. XXIII.

Conventus Principum Germaniæ hac ſuper re celebratus.

Principes Archiepiſcopi rationibus permoti, Moguntiæ conventum agunt; aderant quoque duo Apoſtolicæ Sedis Nuntii Rodulphus Decanus Wormatienſis, & Franciſcus Canonicus Toletanus. Convenientibus igitur omnibus, querebetur Archiepiſcopus, quod eum Romanus Pontifex ſine ulla cauſſa perſequeretur, magnamque auri vim pro confirmatione electionis ſuæ peteret, ac denique præter decimarum exactiones ab eo inſolitum quoddam juramentum exigeret, totamque Nationem Germanam aliis oneribus premeret, eo duntaxat fine, ut ingentes pecuniarum ſummas colligeret, quas quidem ſub obtentu belli contra Turcas movendi peteret, re tamen ipſa in alios uſus converteret.

Naucler. Chron. Vol. 3 gener. 49.

§. XXIV.